

Zc

6247



XI, 85.



52

*EPICEDIA*  
**IN OBITVM**  
**ORNATISSIMI**  
IUVENIS, PIETATE VE-  
RA, DOCTRINARVM ATQVE VIR-  
tutum genere præstantis. Dn. BALTHASARI  
PORPHYRII, HEILSBRUNNENSIS qui in  
hac inclyta VVitebergensium Academia, pie pla-  
cideque ex hac vita decessit, Anno salutis huma-  
næ c. 15. 10. xiiii. c. postridie Non. Au-  
gusti, Scripta à popularibus

*ET AMICIS.*



VVITEBERGAE,  
Extypographia Zachariæ Lehmanni  
M. D. LXXVII.

EPICEDIA

IN ORBITVM

ORNAATISSIMI

IVVENIS, PLETAETVE

RA DOCTERINARVM ATQVE VITAE

IN VNGVNTA PUBLICA DA PALATIA

ACADEMIAE HUMANITATIS

HAEC IN VNGVNTA PUBLICA DA PALATIA

ACADEMIAE HUMANITATIS

HAEC IN VNGVNTA PUBLICA DA PALATIA

ACADEMIAE HUMANITATIS

HAEC IN VNGVNTA PUBLICA DA PALATIA

ACADEMIAE HUMANITATIS

HAEC IN VNGVNTA PUBLICA DA PALATIA

ACADEMIAE HUMANITATIS

HAEC IN VNGVNTA PUBLICA DA PALATIA

ACADEMIAE HUMANITATIS

HAEC IN VNGVNTA PUBLICA DA PALATIA

ACADEMIAE HUMANITATIS



VVITTEBERGAE

Ex Typographia Jacobaei Schumannii

M D C L X X V I I



RECTOR ACAD  
MIÆ VVITEBERGENSIS.  
IOHANNES ZANGERVVS I. V.

DOCTOR ET PROFESSOR  
PUBLICVS.



*EST in Francia Orientali celebre  
Monasterium, inter Noriber-  
gam & Onoldinam situm, quod  
a salutarib. eius loci aquis, Heils-  
brunni nomen accepisse volunt.  
In quo præter alia monumenta antiqua & præ-  
clara, quæ plurima ibi visuntur, maxime illu-  
stria sunt, Friderici I, Burgrauij Noriber-  
gensis: Iohannis Marchionis Brandenburgici:  
& Alberti illius, cui ob fortitudinem singula-  
rem & eximiam, cognomen Achillis Germa-  
nici, tributum fuit, eiusq; cranium ibi mon-  
stratur *μονόσερον* siue suturis carens, cuiusmodi  
& inter Persarum ossa post pugnam ad pla-  
teas, repertum fuisse scribit Herodotus, & C.  
Celsus talia crania firmi corporis indicium esse  
censet, et si contrarium, & quidem rectius, ut  
videtur, sentiunt medici, de quo nostrum*

A 2                      non

non est plura addere. Tum deniq<sup>3</sup> monumen-  
ta sepulcrorum ibi posita sunt, Friderico avo:  
& Georgio parenti, Illustrissimi Principis GE-  
ORGII FRIDERICI Marchionis Brande-  
burgensis, qui terras patrias feliciter iam gu-  
bernat, & nutritor est Ecclesie ac Scholarum  
benignissimus. Nam cum alia multa pie ac  
laudabiliter constituerit hic princeps in provin-  
cijs suis, tum Scholam Illustrem aperuit in Mo-  
nasterio Heilsbrunnensi, ante annos quinq<sup>3</sup>, eam  
que sumtibus liberalissime munificentissimeq<sup>3</sup>  
instruxit: ut quod a tempore emendata reli-  
gionis, domicilium semper fuisset religiosa pie-  
tatis & gratus Musarum recessus, id dein-  
ceps quoq<sup>3</sup> seminarium esset Ecclesie ac Reipub:  
nobilissimum: ex qua etiam Schola fructus sa-  
luberrimi redierunt, atq<sup>3</sup> etiamnum redeunt,  
ad vicinos, & ad totam illam provinciam.  
In eo ergo, de quo diximus Monasterio, natus  
est pius, eruditus ac honestus iuuenis, Anno  
Christi M. D. LXII. BALTHASAR  
PORPHYRIUS Patre reuerendo & doctissi-  
mo viro, M. Stanislao, Glogauensi Silesio,  
fidei verbi Dei ministro in illo loco, per annos  
XXVII.

XXVII. Et Matre Barbara, Reuerendi  
viri M. Johannis Veselij, Ecclesie Cohurgensis  
Pastoris filia, matrona honestissima: qui  
domestica primum disciplina, Et exemplo ho-  
nesto ac praclaro hunc filium, a teneris mox an-  
nis instituerunt, ad religiosam pietatem Et ad  
modestiam, artiumq; primarum rudimentis  
imbui curarunt. Posteaquam vero annos pu-  
bertatis attigit, in numerum alumnorum Scho-  
lae Monasterij, ob sanctissima parentis, viri opti-  
mi merita cooptatus est: in qua non solum pra-  
ter caetera, mediocriter didicit initia utriusq;  
linguae Latinae et Graecae, quantum aetas eius tu ca-  
pere potuit: sed Et in instaurata atq; amplifica-  
ta ea Schola, ab Illustriss: Principe GEORGIO  
FRIDERICO, suam illam eruditionem ita  
auxit Et confirmavit, assiduitate studij, inge-  
nijq; industria, ut Ebraica etiam linguae cog-  
nitionem aliquam adiungeret, atq; ita ea sibi pra-  
sidia compararet, quae ad solidam eruditionem  
aditum planum ac expeditum facerent. Dein-  
de vitam ac mores optima ratione confirma-  
vit, ut manifeste appareret, eum ingenio recto  
ac moderato praeditum esse, Et amare pacem ac  
tran-

tranquillitatem: Sicuti de hoc testantur literae  
publicae, quas à præceptoribus suis, viris hone-  
stiss: huic Jesum attulit. Itaq; hac ratione fa-  
ctum est, ut hic Balhasar, ad pertexendam  
studiorum suorum telam feliciter incoâtã, pri-  
mus è Gymnasio illo, sumtibus annuis, libera-  
liter ab Illustriss: principe suppeditatis, mittere-  
tur in hanc Academiam, ante triennium: à quo  
tempore vixit nobiscum piè, modestè, placidè  
ac tranquillè, quemadmodum de eo testantur  
omnes, quibus cum usus & familiaritas ipsi  
intercessit, & ad nos nulla unquam de eo quere-  
la allata fuerunt. Quod autem fieri solet, ut pie-  
tatis comes, saepe in hoc mundo sit dolor & affli-  
ctio, id huic etiam Balhasaro accidisse audi-  
mus. Nam crebris & difficilibus morbis con-  
flictatus est, ac in primis catarrhis, siue defluxi-  
onibus perpetuis ad pectus, quæ & tandem ita  
invaluerunt, copia & pravitate sua, ut ante  
mensẽ labefactari planè ac prosterni eius va-  
letudo inciperet. Cumq; à pharmacopola quodã  
circumforaneo medicamentum incautè sumsis-  
set: accessit febris acuta & maligna, quæ mor-  
bum difficiliorem indies reddidit, viresq; pau-  
latim



latim attenuavit donec heri circa horam sextā  
pomeridianam, placidissimè inter preces & vo-  
ta ad filium Dei, extinctus est, cum magno suo-  
rum dolore, ac desiderio. Quemadmodum  
autem toto vita tempore, ita in primis in extre-  
mo eius actu, suam pietatem & fidem Chri-  
stianam summa religione testatus est: atq; inter  
alia crebrò in ore habuit, dulcissimam hanc  
Christi promissionem: Oves mea vocem meam  
audiunt, & ego vitam aeternam do eis. Jus-  
sit etiam subinde sibi subijci, lectione repetita,  
Psalmum CIII. & precationem ad filium  
Dei directam, pro placida ex hac vita migra-  
tione, sicuti ea versibus Germanicis suavissi-  
mè comprehensa est à Domino Doctore PAV-  
LO EBERO, viro Reverendo & clarissimo.  
Proinde non dubitamus, quin hic Balthasar  
letissimo conspectu, & consuetudine filij Dei  
nunc fruatur, quem in hac vita amavit, co-  
luit, & videre optavit, & in quo omnem spem  
salutis ac praesidij positam habuit. Nos quod  
facere deinceps possumus, ac debemus, postre-  
mum pietatis ac humanitatis officium huic  
A 4 demor-

demortuo prestabimus, cohonestando fune-  
ris eius exequias: quod funus efferetur hodie  
hora. IV, ex adibus, quæ Rectoris Scholæ oppi-  
dana sunt, in vicinia viri clarissimi M. Richar-  
di: atq; ut indicato loco & tempore ad hoc con-  
veniatis, volumus & iubemus. P. P. VII. die,  
mensis Augusti, Anno Christi MDXIII. 1587

EPIGRAMMA.

A D

ORNATISSIMUM IVVE-  
NEM PIETATE ET DOCTRINA  
ERVDITA PRAESTANTEM. DN. IOHAN-  
NEM MICHAELEM PREV, HEILS-  
BRUNNENSEM defuncti  
cognatum:

Flebile dum tecum funus comitamur amici,  
Qui tibi materno sanguine iunctus erat;  
Versibus ornemus supremi munus honoris,  
Debita nos pietas admonet, urget amor:  
Dum patrianobis & longo cognitu usu est.  
Nunc terræ illius membra fouenda damus.  
Cuius (non dubium est) Christi in politeuma re-  
Æternum vivit Spiritus ante Deum. (ceptus  
Perlege

Zc 6247

ULB Halle

3


004 953 630




TA/OL

H.C.








B.I.G.

Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------



CE DIA  
 BITVM  
 TISSIMI  
 PIETATE VE  
 RVM ATQVE VIR  
 ntis. Dn. BALTHASARI  
 ILSBRUNNENSIS qui in  
 gensium Academia, pie pla  
 ccessit, Anno salutis huma  
 i c. postridie Non. Au  
 ta à popularibus  
 AMICIS.



EBERGAE,  
 Zachariæ Lehmanni  
 LXXVII.

52

